GREGORIUS MAGNUS. PS. AMPHILOCHIUS ICONIENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 75v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

suppetunt operationis bonae. Saepe autem dum in illo hoste in
sequimur, etiam ciuem quem diligimus trucidamus. et saepe dum quasi
ciui parcimus, ad plenum hostem nutrimus. Eisdem alimentis ui

xl. viii. Quod uitia eisdem alimentis superbiunt quibus uirtutes uiuunt.

tia superbiunt. quibus nutritae uirtutes uiuunt. et cum
uirtus alitur. plerumque uitiis uires augentur. Cum uero immi
ssa continentia uitiorum uires extenuat. etiam uirtus defici
ens anhelat. Unde necesse est ut interior homo noster equus
quidam arbiter praesideat in se et eum quem exterius gestat. quatenus ei homo suus exterior et semper ad debitum ministerium
seruire sufficiat. et numquam superbe libera ceruice contra
dicat. nec moueat si quid suggerendo submurmurat.
dummodo eum semper supposita calce dominationis premat. sicque
fit ut dum repressa uitia reniti quidem nobis patimur. et tamen
haec nobiscum egredi extra quae prohibemus. ne uitia contra uirtu
tem praeualeant. nec rursum uirtus cum uitiis omnimoda
extinctione succumbat. Qua in re sola elatio funditus
extinguitur. quia quamuis uictoriae seruat. ad edoman
dam tamen cogitationum superbiam continua nobis pugna
seruatur. Unde bene hic quia unusquisque uir continens et
debitae necessitati congruit. et uiolentae uoluptati contra
dicit. uoce dominica dicitur. clamorem exactoris non audit. Quia
autem discretus uir eo ad intelligenda superiora se eleuat.
quo in se carnis incentiua castigat. recte post contemptum exac

.l. Quid sit circumspicere montes pascuae suae.

toris clamorem subiungitur. Circumspicit montes pas
cuae suae. Montes pascuae sunt altae contemplationes internae
refectionis. Sancti enim uiri quanto magis se exter
ius despiciendo deiciunt. tanto am
plius interius reuelationum contemplatio
ne pascuntur. Unde scriptum est. Ascensus in corde suo
disposuit in ualle lacrimarum. quia quos exterius in